

autem primo quoque tempore lite-  
ras, quibus testeris, redditum tibi  
meum exemplar. Cum typographo  
paciscere tuo arbitratu, illud inpri-  
mis da operam, ut pro correctionis  
labore satisfiat.

**E**clogas Chronicas ex epistolis  
doctorum virorum & meis mutuis  
habeo ad manus, cum Epitome seu  
indice Chronologico ex mea magna  
Chronologia Veteris Testamenti.  
Puto informa quarta, quali est im-  
pressus libellus de Natali Christi la-  
tinus, ad 30. paginas impletum iri.  
Cupio scire an liber Argentinæ pos-  
sit imprimi.

Ill. & G. D. Helmhardus Iörger,  
ditionum patris Wolfgangi nuper  
mortui hæres unicus, te jubet salu-  
tem ex se nunciare, Joanni Enochœ  
& Joanni Friderico Majeris: rogat  
etiam si Argentinæ venalis habeatur

A s in